

MANTISSA DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ, ad Librum Quintum THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ, CARDINALIS DE LUCA,

Qui est
DE USURIS, CAMBIIS, CENSIBUS,
Et Societatibus Officiorum.

ARGUMENTA DECISIONUM DE USURIS, CAMBIIS, CENSIBUS, Et Societatibus Officiorum.

DECISIO I. Romana Fabricæ.
Interesse potest à principio taxari, & conveniri, & in-
ter casum, in quo non adit conventio, & taxatio, & ali-
um, in quo illi requiritur, ea intercedit differentia, ut ubi
licito interesse rigorose sunt probanda; ubi verò illa
stipulata sit, sufficit, quod ex circumstantiis loci, Reli-
gionis, & personarum illa constat, quod sit proportionata,
& verisimilis, ut interesse conventum licite exigi valeat.

DECISIO II. Romana Dotis super Reservatis.
Coheres creditor hereditatis, si necesse habeat hereditatem
in mora constituere, non sufficit, quod cohæredem
tantummodo interpellat, quia alias hereditas pro illa tan-
tum rata in mora dicitur constituta, & propterea debet
obtinere etiam depurationem Curatoris hereditatis pro
illa parte, in qua ipse hæres institutus reperitur.

DECISIO III. Romana Cambii.
An, & quando obligatio restituendi capitale salvum red-
dat contractum Cambii illicitum, in hac decisione firmat-
ur, ad declarationem Disc. 3. disc. 14. & disc. 24. de Card. de
Luc. in præsentî decisione colligitur.

DECISIO IV. Avelina seu nullius præstationum.
Solet Censuræ sanari, si ille fuerit creatus ex credito ab ipse
pecunia intervenit requisito per Bullam Bianam pro va-
litate impositionis, & sanatio etiam demandatur; si ce-
ter debitor fuerit per sententiam diffinitivam absolutus,
quoties vel sententia sit nulla, vel Pontifici narrata fue-
rit, sententia existens, & adhuc ea non obstante tri-
buta extiterit facultas ad sanationem deveniendi.

DECISIO V. Romana Censuræ.
Ut Censuræ extinguatur, exigitur fortis restitutio per actum
retrosivum, & propterea extinctio non sequitur ex sola
datione in solutum crediti exigendi, nisi sequatur evictio.

DECISIO VI. Romana Associationis.
Impositio Censuræ in re hypothecari prohibita est nullus, &
exceptio huiusmodi nullitatis competit etiam Tertio, si
hic sit possessor, & agat de se in possessione tuendo. Li-
centia imponendi censuram cum fidei commissi derogatio-
ne supponit vinculum fidei commissi, quoad effectum pro-
ponendi nullitatem censuræ ex tali enunciativa probatur.

DECISIO VII. Romana Censuræ.
In hac decisione habetur, an liberatio facta per Principem

INDEX DECISIONUM.

A Sina Censuræ, Lun. 2. Martii 1693. Molines, Decisio X.
Eadem, Mart. 28. Novembris 1691. Gaccia, Decisio XI.
Avelina seu nullius Præstationum, Lun. 29. Aprilis 1697.
Del Olmo, Decisio IV.

Romana Associationis, Ven. 9. Aprilis 1689. Emeris, Deci-
sio VI.
Romana Cambii, Lun. 14. Januarii Molines, Decisio III.
Romana Censuræ, Lun. 16. Maii 1694. Mito, Decisio V.
R.

Romana Censuræ, Ven. 4. April. 1690. Ursino, Decisio VII.
Romana Censuræ, Lun. 3. Julii 1590. Ursino, Decisio VIII.
Eadem, Lun. 21. Aprilis 1692. eodem, Decisio XII.

R. P. D. URSINO.

Romana Fabricæ.
Merc. 4. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Interesse potest à principio taxari, & conveniri, & inter
casum, in quo non adit conventio, & taxatio, & ali-
um, in quo illi requiritur, ea intercedit differentia, ut ubi
licito interesse rigorose sunt probanda; ubi verò illa stipula-
ta sit, sufficit, quod ex circumstantiis loci, Regionis,
& personarum, illa constat, quod sit proportionata, &
verisimilis, ut interesse conventum licite exigi valeat.

SUMMARIUM.

- L**icitum est usque à principio in mutuo de certo interesse in-
tra legitimum modum conveniri, concurrere tamen
ceteris de jure volitis ad validandas usuras.
 - Et pro d. interesse datur actio.
 - Creditor si inest pro interesse ratione mora, nulla præcedente
conventione contra Debitorem qui sine usuris pecunias recep-
it, debet conclusivissime verificari tam interpellatio-
nem, quam investimentum paratum, à quo lucrum conse-
qui poterat.
- At si agatur de interesse à principio convento, cum à principio
presumatur verificata omnia requisita pro validitate usu-
rarum, non requiritur tam constans, & positiva probatio,
sed sufficit, ut ex circumstantiis loci, Regionis, & Personarum
taxatio appareat proportionata, & verisimilis, itaut
ad hunc effectum satis sint præsumptiones, & conjectura,
n. 4. §. 5. & 7.
- In Urbe non solent teneri pecunia otiosa.
Ratificatio obtinet vires veras, & realis confessio etiam in iis
in quibus requiritur speciale mandatum.

DECISIO I.

Um in disputatione hodie coram me in gradu ap-
pellationis interposita à quodam Decreto diffini-
tivo per R. P. D. Petram lato habita sub dubio -- An
fructus debeantur à D. Flavii, & litis confortibus,
ad commodum Petri, & Blasii hæredum Jo. Baptistæ à Fon-
te fabricurarii, qui propriis sumptibus, & operibus Do-
mum Colligantibus dirutam de mandato San. Mem. Ale-
xandri Septimi tamquam deviantem à recta linea, & æqua-
tione, quæ est in via curfus, eo jubente; à præsidibus Via-
rum decreta fuerat, reificavit, & extruxit defensores
istorum ad evincendum iustitiam fructuum conventorum in
Instrumento ratificationis prioris contractus stipulato sub
die 3. Aprilis anni 1663, duplicem deducere causam de ju-
re productivam usurarum; priorem nempe ex natura con-
tractus, & vigore tacite reservationis Domini, quæ favore
meliorantis stipulata continebatur; & secundam ratio-
nem damni emergentis, & lucri cessantis in conventionem
deducti, & cum notissimis requisitis Pauli de Castro verifi-
cati; Domini ambobus his fundamentis dispanctis, cum in
primi subsidium minus fuerint concordēs, ex secundo ta-
men capite resolutionem firmando, autamarunt fructus de-
beri.

Conventio namque fructuum in stipulationem deducta
præcisè connotata fuit titulo interesse lucri cessantis, &
damni emergentis, quod ex mora emergere potuisset Jo. Ba-
pistæ, ut legere est incitato Instrumento ratificationis
ibi -- *Et ne ratione dictæ dilationis in solutione dictorum Labo-
reriorum, & lucri cessantis, & damni emergentis, damnum, &
deserimentum aliquod patiantur.* -- Ideoque cum ex concordî Do-
ctorum sententia liceat ab initio pecuniam tradenti conve-
niri cum suo debitore de certo interesse intra legitimum
modum etiam in casum mutui præcisè concurrentibus cate-
ris de jure volitis ad validandas usuras, ut plene Andreol.
contr. 83. sub 5. & hinc etiam Bonden. Collus. legal. 20. ex n. 2. cum
pluribus sequ. lib. 2. Spad. cons. 226. ex n. 1. cum sequ. lib. 2. & Epif-
copus Rocca Select. disp. Jur. 10. 2. ca. 159. nu. 25. in comperto re-
manet, conventionem interesse licitam fuisse, & ejus vigore
actionem ad fructus assequendos exoriri, ut profequitur Ma-
reosot. var. res. 1. 2. c. 112. n. 4. & sequ. & confonant jura laudata.
Et licet vera sit propositio, quod creditor volens exigere
conventum, teneatur demonstrare tanti revera sui inter-
estis, ad Theatr. de Luca Vol. III.

Eadem, Ven. 1. Martii 1697. De la Tremouille, Decisio XIII.
Rom. Dotis super reservatis, Lun. 20. Jun. 1689. Heruault, D. II.
Romana Fabricæ, Merc. 4. Julii 1696. Ursino, Decisio I.

fuisse, cum notissimis requisitis Pauli de Castro in l. 3. ff. de eo,
quod certo, mora scilicet debitoris, prompta occasione in-
vestimenti, & damno passo ob non restitutam pecuniam; ta-
men ad effectum dignoscendi, quenam probationes suffi-
ciant ad prædicta requisita verificanda, distinguendum est,
quod aut agitur ad fructus ratione mora nulla præcedente
conventionem, & tunc ad effectum, ut debitor, qui sine usu-
ris pecunias recepit, sub eisdem ponatur, conclusivissima
requiritur verificatio tam interpellationis factæ, ut debitor
ponatur in mora, & investimenti parati, à quo lucrum cre-
ditor consequi valuerit: aut verè agitur de interesse à prin-
cipio convento, & tunc cum non petatur ratione mora ex
post contracta, sed ex stipulatione, sicut à principio præ-
sumuntur verificata omnia requisita pro validitate usura-
rum, ita non requiritur ex intervallo tam constans, & posi-
tiva probatio, sed sufficit, ut ex circumstantiis loci, regi-
onis, & personarum, taxatio appareat proportionata,
& verisimilis, itaut ad hunc effectum satis sint præsumptio-
nes, & conjectura, ut bene comprobant hæc recentia distin-
ctione Giovagnon. cons. 46. n. 5. & sequ. lib. 1. Andreol. d. contr. 83.
§. 5. & hinc Card. de Luca de usuris disc. 18. sub n. 10. §. aut
agitur vers. nihilominus, ubi optime distinguit terminos fru-
ctuum justificandorum ex simplici mora, ab illis verifican-
dis secundum taxam conventionalem, & clarissime dixit
Armenzan. dec. Jan. 15. n. 21. & 22. & Addeu. ad Gregor. dec. 148.
n. 4. vers. hæc tamen conclusio, & sequens fuit nostrum audi-
torium post disc. contr. dec. 155. n. 5. & dec. 157. n. 2. & 3. & 4. par.
13. & dec. 301. n. 4. & 5. par. 15. recent. ex concordantia allegatis, &
re magistratraliter petraçata cum explicatione motuum ac
concordantia actuum, quæ in contrarium videbantur milit-
itare, solide defendit R. P. D. meus Analdus nostri ordinis
ter emeritus candidatus in suo celebri tractatu de commerc. &
mercator. disc. 67. à n. 4. per tot. ubi materia ample, & per sua
principia rinatur.

Hoc igitur rerento themate, cum nostra questio cadat in
fructibus ab initio inter partes conventis, frustra expulsa
rigida verificatio prompti investimenti, & damni passi
ob non restitutam pecuniam, quia cum conventio fuerit ce-
lebrata cum Magistro cementario solito pecunias impen-
dere in rebus de sui natura fructiferis, nec illas retinere o-
tiosas allucto, ac in Urbe nostra, in qua urgent negotiatio-
nes, & obvia sunt investimenta, ut dixit Rot. cor. Caf. de 6
Grassus dec. 2. de usur. & de Civitatibus insignioribus, Leotard.
de usur. g. 74. n. 43. & segg. ab his circumstantiis elicitis à
qualitate loci, & personarum, sufficiens emanat verificatio
interesse conventi in taxa non excedente legitimum mo-
dum, ut optime profequitur laudatus disc. 67. R. P. D. An-
7 fald. sub n. 17. & in numeris anteedentibus.

Interpellationis autem necessitas, licet eadem respre-
hivè evitari posset, tamen in casu occurrit, quia illa expressè
fuit judicialiter facta ad effectum consequendi fructus in
Instrumento promissos contra omnes interesse habentes sub
die 3. Septembris 1665. ut in sum. actorum n. 3. haud obstante, quod
eset generalis, & non continens diem solutionis minime
præcisam quantitatem debiti, ac fuerit exequuta domi, di-
missa copia contra Procuratorem non habentem speciales
mandatum, si que inepta reputari debeat ad constituendos
debitrices in mora. Quia omnes isti defectus, quatenus ad-
fuisse; sanati fuerunt ex successiva illius ratificatione sti-
pulata in Instrumento solidationis computorum d. in sum.
actorum n. 4. ex quo resultat, reas conventas speciam, &
individualem scientiam habuisse non solum de ipsa interpel-
latione, sed etiam de mensuratione per peritum confecta,
& de summa in ea præcisè contenta, & correlative ad hæc
omnia agnoscentis debitum fructuum prius contentorum in
eodem Instrumento, in eorum computum assignantur pen-
siones domus readificata, ut clarius lectura Instrumenti præ-
serefer. Ab hoc autem assequitur legalitatem interpellatio-
nis, & executionis, agnitam, & confectam fuisse à col-
litigantibus, cum certum sit in jure ratificationem obtinere
vires verè, & realis confessionis, etiam in iis, in quibus re-
quiritur speciale mandatum, ad text. in cap. ratificationem de
regulis juris in 6. Addeu. ad Gregor. dec. 295. nu. 6. & Rot. coram
eodem dec. 525. n. 4. & 5. & coram Priolo dec. 16. nu. 20. &
dicum fuit in Romana quarta dotalis, & fructum 27. Junii
anni præteriti, §. penult. clms coram me.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. HERVAUT.
Romana Dotis Super Reservatis.

Luna 20. Junii 1689.

ARGUMENTUM.

Coheres creditor hereditatis, si necesse habeat hereditatem in mora constituitur, non sufficit, quod coheredem tantummodo interpellet, quia alias hereditas pro illa tantum rata in mora dicitur constituta; & propterea debet obtinere etiam deprivationem Curatoris hereditati pro illa parte, in qua ipse heres inlituitus reperitur.

SUMMARIUM.

- 1 Heres repræsentat hereditatem pro ea tantum parte, pro qua est heres.
- 2 Heres beneficiatus, si prætenat aliquam proponere actionem contra hereditatem, debet curare, ut deputetur curator hereditati ipentis.
- 3 Interpellatio est quadam admonitio solvendi vel accipiendi id, quod debetur.
- 4 Interpellatio contra hereditatem facta ab herede non deputato Curatoris pro ea parte, pro qua est heres, est nulla.
- 5 Mora non incurritur ex interpellatione nulla.
- 6 Mora regularis absque interpellatione non committitur.
- 7 Deputatus Curatoris hereditati ad legitimam expendam interpellationem, utilis in jure reputatur.
- 8 Pro dote competit actio contra quemlibet, & ex hereditibus in solidum.
- 9 Contrarium tenent multi Doctores, ut n. 10.
- 10 Declaratur Parisi, conf. 69.
- 11 Diversa reputatur actio contra heredes pro solutione in bonis hereditariis petita ab adione hypothecaria.
- 12 Interpellatio contra unum heredem afficit illum pro eius portione hereditaria, non autem reliquis portionibus aliorum coheredum.
- 13 Inventarium non facit, quod heres non sit, sed tantum illum præservat à damno.
- 14 Mora incursa per defectum continet in heredem absque alia interpellatione, & n. 15.
- 15 Judicium interitatum pro affectatione dotis vivente viro non causat continuationem moræ contra illius heredes pro consequendis usufructibus dissolutione matrimonio.
- 16 Interpellatio plusibus hereditibus facta, si sit nulla quoad unum, est nulla etiam quoad alios.
- 17 Conclusio non admittitur, si agatur de obligatione dividua.

DECISIO II.

IN postremo hujus causæ disputationibus scribentes pro Excellentissimo Principe Burghefio opposuerunt, Ducissam Cinthiam legitimè non interpellasse heredes Ducis Camilli ejus viri; ideoque nec ipsam, nec D. Donniam Lucretiam de Comitibus de Veccharellis ejus filiam, & heredem, hodie agere posse contra bona hereditaria D. Ducis à D. Principe possessa pro consequendis interitus dotalibus post annum latus debitis uxori, cui à marito hereditibus ritè interpellatis, ut præscribit statutum in c. 13. 7. lib. dos restituta non fuit.

Verum cum in dec. edita die 18. Mart. proxime præteriti interpellatio declarata fuerit valida respectu Donnae Lucretiæ, & Annæ filiarum, & heredum d. Ducis, & per consequens fructus debiti ex portione hereditatis illi obventæ, & solum DD. dubitaverint, an eadem valida etiam fuerit respectu tertie partis delatæ Ducissæ Cinthiæ cum filiarum pro virili inlittente, & quia emanaverat nullo deputato Curatore, qui in iudicio ratam illam hereditatis defendere, litentque pro herede subsistere, reservant hujusmodi argumentum peculiariter examini, quod hodie suscepto, responsum fuit favore D. Principis, interpellationem quoad portionem Ducissæ esse nullam, fructusque ex ea non deberi. Pro cuius resolutionis fundamentis constituendis duo præmittuntur heredes quilibet ex illis repræsentat hereditatem pro ea solum parte, qua est heres, Giurd. observ. 3. n. 7. & segg. Bottiglier de Succes. lib. 1. in ff. Theor. 36. n. 7. Surd. dec. 90. n. 2. ibi que Hodierni, n. 6. Bich. dec. 262. n. 7. Arguel. dec. 20. n. 3. & segg. & pro ea tantum tenetur ad debita hereditaria, cum à matre 14. C. de rei vendit. l. 2. C. de heredi. ait Surd. conf. 104. n. 12. Andreol. contr. 209. n. 1. Cyriac. contr. 193. n. 1. & contr. 320. n. 11. Uberr. de citat. l. 3. n. 14. n. 22. n. 7. n. 6. & segg. off. dec. Rembold. Rota decisio 50. n. 10. 21. rec. & dec. 20. n. 6. & segg.

Secundum, si heres beneficiatus, qualis erat Ducissa, actionem ullam proponere intendat adversus hereditatem,

quam eum beneficio Inventarii adivit, tunc cum rei vires gerere non possit, sed tantum personam actoris, quam elegit, repræsentet, ut integrum sit iudicium, quod ex actore, & reo coram iudice constituitur, necesse est subrogare personam, quæ loco heredis bona defendat, litentque sublineat, Scacc. de Commere. & Camb. §. 7. glo. 6. n. 15. Salgad. in labyr. Credit. p. 1. g. n. 38. Amat. resol. 66. n. 27. Ridolph. in prax. parte. r. cap. 5. n. 47. Quamobrem plures emanarunt leges de Curatore bonis hoc casu constituendo, ut ex toto titulo de Curat. bonis dando, & inolevit praxis sub pœna nullitatis actus in hujusmodi causis præscribens deputacionem Curatorum, qui defendat hereditatem ab hereditibus eorum credita separare volentibus, ut patet ex iudiciis in foro passim agitatis.

His sic præmissis, justa visa est resolutio ut supra declarans nullam fuisse interpellationem à statuto requisitam pro ea parte hereditatis, quæ ad Ducissam interpellantem pertinebat, quia cum ex Cujacio, l. cum Patrifamilias 27. ff. de usur. tract. 1. ad african. tom. 1. operum prior. fol. mibi 1544. lit. E. Piccard. disp. de mbra num. 44. & 45. quos sequitur decisio coram me edita die 18. Maii, §. secundo innovariis, interpellatio nil aliud sit, quam admonitio, quæ sit solvendi vel accipiendi jus quod debetur, hæc certe istra visa respectu d. portionis hereditariæ, quæ uti desituta legitimo defensore, erat solum persona quadam facta quæ moneri non poterat, ad tradita per Salgad. in labyr. credit. p. 1. c. 32. n. 45. & segg. & nullam per consequens incurere moram, quæ ex præcatis auctoritatibus consistit in hujusmodi admonitionis contemptu, & culpa, scia dicitur à Piccard. loco citato num. 201. & 29. Petr. Gregor. synagomi part. 3. lib. 21. cap. 14. num. 6. & 7. Ac ideoque committi non valet à personâ facta animo, & consilio carente, culpaque, & dolice licet numer. 13. Cod. de Jur. delib. Caltrien. conf. 240. numer. 2. & segg. lib. 1.

Quæ potiori iure locum sibi vindicant in nostro Themate, quia agitur de exigendis à tertio possidente titulo oneroso interitus dotalibus, quæ certum est exigi non posse ante moram regularem à statuto desideratam, & quam sine interpellatione committi non posse, ex Giurb. observ. 1. n. 3. alius quo, firmat decisio edita die 18. Maii, §. 2. innovariis. Atque etiam quia deputatus curatoris non erat superflua, sed maximam utilitatem afferre poterat hereditati ejusdem, quæ creditoribus; ille enim restituendo dotem impedire potuisset cursum interitus brevissimo tempore spatio bona omnia debitoris in aliorum perniciem corrosuri, quod curatoris munus esse advertit Paul. in l. 1. ff. de curat. bonis dando, aliaque deducere valuisset exceptiones, quantum plurimam suppetebant, & in hujus causæ decursu ab informantibus pro reo allegatæ fuerunt, ut in similibus considerat Masfrill. dec. 73. num. 11. & 12.

Nec obstat, quod juxta tradita per Parisi, conf. 69. in fin. Ducissa pro consecutione ejus crediti Dotalis sit fuerit citasse coheredes, id comprobando tum ex dotis privilegio ducto à l. cum ab uno 53. ff. de legat. 3. tribuente portionem hypothecariam contra quemlibet ex hereditibus in solidum, A. filid. dec. 332. n. 2. tum etiam ex jure accedendi; quibus virtute portio hereditaria obventa Ducissa accreverat portionibus aliarum coheredum; ideoque habebat legitimam defensionem absque eo, quod indigeret curatore, quem in subsidium defendere.

Quia obiecto responsum apparet ex primo præmissis §. pro hujus resolutionis fundamentis, qui non adversatur Parisius: ipse enim asserit quidem citandos esse alios coheredes pro eisdem excludendis re assignandam, aut adjudicandam hereditatem pro ejus credito, ut advertit Amat. dec. 21. §. 6. n. 24. & segg. at non examinat an ad integrum iudicium dari debeat curator, circa quod versatur nostra questio, & quem necessario constituendum esse probant iura, & rationes superius deductæ.

À qua necessitate non eximit allegatum dotis privilegium, quia præterquam quod valde controversum est inter Doctores, an illud revera doti competat, & negativam opinionem veriorum reputaverint Theaur. Jun. forens. 67. n. 7. lib. 2. Surd. dec. 90. per 10. ibi que Hodierni, n. 3. Vincent. de Franch. dec. 5. n. 1. per tot. & de Luca ibi in additione n. 3. asserat in hanc sententiam Rotam etiam abisse.

Respondetur, Ducissam non intentasse hujusmodi actionem hypothecariam pro consequenda re sub hypotheca nexu sibi obligata; sed perisse pro interitus, ab ipsa prætenis, executionem obtinendo adversus coheredes mandata executiva, quas actiones diversas esse bene notat

Rota

Rota coram Arguelli. dec. 20. nu. 41. cum segg. nihilque habent commune cum mora qua non est qualitas realis infixæ bonis incapacibus illam committere, sed ex jam dictis contrahitur ex contumacia debitoris reuvenis post admonitionem solvere debitum, quod fit, ut nonnisi pro eorum portionibus in hereditibus considerari valeat.

Quin illam incurritur dici possit pro rata etiam Ducissa virtute Juris accrescendi ipsi deferentis portionem coheredis, & in certum est in facto eam revera adivisse hereditatem, & in jure ambigi nequit per consecutionem interitalem non desisse esse heredem, sed suspensum remansisse aditionis effectum quoad confusionem actionum demaxat, quæ eo heredi conservantur proinde, ac sic hereditatem non adivisset, Amat. dec. 70. §. 6. n. 3. & seg. Dunoz. Jun. d. 72. n. 1.

Ex quibus inferebatur etiam frustra opponi clausulas præservativas aditioni hereditatis ab eadem insertas, quarum virtute ipso non adita hereditatem censendum esse ajebant, si ex actione damnnum aliquod adempti oriretur.

Quia illa præstant quidem heredem indemnem à præjudiciis, quæ ex aditione resultant, ne scilicet de proprio teneatur, vel aliud damnum subeat, approbando factum testatoris; at præjudicium quod inferitur ab interpellationem, minus legitime factam, cum non oriatur ex aditione, sed ex non servata forma præscripta à statuto, clausula hujusmodi operari non poterat aditionis resolutionem, & quod portio coheredis alii accreverit.

Neque etiam subsistit moram sufficienter inductam dici posse ex iudicio pro dote affectatione vivente Duce Camillo ab uxore instructo, quod cum absque novæ actionis propositione continuaverit contra heredes in iisdem, proinde moræ quoque jam commissa continuaverit nulla desiderata interpellatione, Bich. dec. 703. m. 30.

Quia in hujusmodi iudicio ob supervenientem mortem Viri non variatur actio, sed variatur solum qualitas actionis, à restitutione nimirum non plenaria in casu affectationis constante matrimonio ad plenariam in casu restitutionis solum matrimonio faciendæ; ideoque absque novæ causæ instructione in eo agi posse ex iisdem actis docuit Bartol. in l. post finitam 11. ff. de suspens. Tr.

Quæ ratio non applicatur nostræ hypothese, in qua petuntur interitus futuri dote post dissolutionem matrimonium, quorum debitum est à diversa nature à debito fructuum, qui continentur matrimonio percipiuntur ex dote affectata, & promanant ex diverso principio; hi enim nulla præscripta formalitate simpliciter ob onera matrimonii debentur ex ereditate dotali ejus naturam fructiferam retinentem, Cap. falsihereditate de usuris; nulloque pacto spectant ad mulierem, sed universæ familiaris bono promissæ erogantur, ut firmantur alie hujus causæ decisiones: illorum vero conventio permittitur à statuto alias ob causas, & ex quadam æquitate, juxta notatam in decisione edita die 10. Martii, §. quod quidam statutum, confirmata 18. Martii proximo præteriti, etiam non nisi certa sub forma unquam servanda exigi possunt.

Quæ tamen omnia licet evineant interpellationem à Ducissa actam nullo ejus portione deputato, Curatore irritam fuisse, hæd propterea hæc nullitas irritabit interpellationem necoherecedam, allegando ad id decisionem Bich. 262. nu. 2. & segg. Tum quia versatur in obligatione dividua, Giurb. obser. unione 3. n. 12. & segg. Bottiglier. de successione ab intestato Theor. 36. n. 9. not. 7. n. 30. & segg. post Rembold. cui non applicatur D. Decifio Bichii loquens de contra d. individuo, tum etiam quia contra dictos coheredes suffragatur interpellatio inducitur per æquipollens ex aliis iudiciis in curia Capitulina, & Congregatione Baronum, à Ducissa contra coheredes agitatis ut advertitur in §. finali mox citata decisio, in ea edita die 18. Martii.

Et ita suffragantibus omnibus Dominis, utrique Patri responsum fuit, &c.

R. P. D. MOLINES.
Romana Cambii.

Luna 14. Januarii 1689.

ARGUMENTUM.

An, & quando obligatio restituendi capitale saluum reddat contractum Cambii illicitum, in hac decisione confirmatur, ad declarationem Disc. 3. disc. 14. & disc. 24. de Camb. Card. de Luc. in presenti decisione colligitur.

SUMMARIUM.

- 1 Obligatio cameralis habet paratam executionem.
- 2 Conventio, quod in Cambio negotiatio fiat ad riscum debitoris, est illicita.
- 3 Decif. ad Theor. de Luca Vol. III.

3 Et talis casu cambium est usurarium, & fructus ex illo percipiuntur in sortem imputantur, & si hæc excidant veniunt restituendi.

5 Declara, ut vera sit conclusio, si præcisè paciscatur, ut capitale cambii omnino saluum reddatur, quia aliis oneris assumptione intelligenda non est de amissione capitalis proveniente ex natura negotii, sed de casu fortis peritura ex aliquo sinistro accidenti, & præter naturam negotii, quo casu cambium minime reddatur illicitum, & n. 6. & 7.

8 Obligatio de restituendo capitale saluum, intelligenda est non de toto capitali, sed illo remanente in fine, ut excludatur contractus illicitus; & usurarius.

9 Fructus Cambii post dissolutionem non debentur.

10 Non procedit conclusio, si petitor in se assumptis onus cambii usque ad sortis restitutionem.

11 Omnis est faciendæ interpretatio, ut correctio evitetur.

12 Relatio referatur ad omnia precedentia.

13 Observantia valet indicare, usque ad quod tempus in se debitor assumptis onus cambianum.

DECISIO III.

Exequendum esse mandatum ab A. C. Thomato relaxatum favore Francisci pro cutis 450. sine præjudicio residui capitalis Cambii, & fructuum securorum, contra Marcum fidelisorem Sextilii principalis Debitoris, & novum relaxandum pro aliis scitis 500. pro residuo fortis, & pro fructibus relictis in suspensio ab A. C. Thomato, Domini dixerunt.

Validitas namque illius non controvertetur, comprobata nimis actorum revoluzione vulgata dec. Capitanum. 262. n. 2. & iustitia patuit ex publico Instrumento Cambii creati 9. Aprilis 1688. quo probatur Sextilium suscepisse à Francisco scuta 500. cum promissione solvendi Cambia ad restitutionem quince pro centenatio de semel in semel, & ad restitutionem di fortem post triennium; aliis ad omnia damna, & specialiter ad Cambia, & recambia usque ad totalem illius restitutionem, pro quo sub camerali obligatione fideiussit Marcus uti principalis principaliter, & infolidum.

Unde cum elapso tempore sine disticta nondum fors restituta fuerit, sicut, & rectè A. C. Thomatus mandatum executioni relaxavit ex efficacia cameralis obligationis, quæ paratam habet executionem, Rot. dec. 192. n. 1. & dec. 22. n. 7. post Zaech. de oblig. cam. dec. 333. n. 1. & 25. n. 19. rec. Indequè mandatum esse mandatum pro d. summa, verum ob eandem rationem pro residuo d. fortis, & fructibus relictis in suspensio, eo sub prætextu, quod pro quibus, vel tribus annis Cambia non acciderint ad scuta quince pro centenario, cum de hoc Marcus Debitor nullam exhibuerit justificationem, denovo esse relaxandum mandatum Domini consueverunt.

Non obstat cambium fuisse usurarium, dum Franciscus qui pecunias dedit ad cambium, convenit cum Sextilio qui suscepit onus cambiandi, & pecunias negotiandi pro cambiis, & recambiis, quod negotiatio fuerit omni iussu riscio, & periculo contra naturam cambii ejusque substantiam, in quo eatenus permittitur fructus ex Bulla S. Pii Quinti, quatenus incertum est lucrum, & creditor subiacet periculo amissionis, Rom. conf. 238. n. 6. & 2. Rot. dec. 315. p. 2. dicit. dec. 304. n. 5. p. 2. rec. cum aliis adductis per Card. de Luc. de camb. disc. 3. n. 9. & disc. 14. n. 4. & disc. 24. n. 8. & ob periculum, & riscum transfusum in Debitorem, cambium ex pacto sic cum capitali salvo improbat à Sixto V. Rot. dec. 404. n. 4. 2. rec. Indequè etiam fructus percipi in sortem sint imputandi, & si hæc excedunt, veniant restituendi, Card. de Luc. eodem tr. disc. 18. n. 6. Mant. dec. 283. in pr. Peut. dec. 163. n. 4. & dec. 196. n. 19. ad 22.

Etenim in casu presenti verba non important pactum reddendi capitale saluum; Tum quia in Instrumento cambii mentio de riscio, & periculo fit tantum in ea parte, in qua debitor assumptis in se onus cambiandi, & recambiandi per alium mercatorem, & sic non sunt intelligenda de amissione, ne capitali proveniente ex natura negotii, prout illicitum est assurecare capitale per Bullam Sixti V. rec. de casu fortis peritura ex aliquo sinistro accidenti, & præter naturam negotii, veluti per decoctionem mercatorum, quibus dantur pecunie ad cambium, cum similibus, ne propter neglegentiam, culpam, aut dolum illorum qui pecunias alienas cambiant, fiant cambia cum mercatoribus minimis idoneis, aut fraudes, in hoc committantur, ut bene in d. dec. 304. n. 7. & 8. Tum etiam quia riscum assumptionis à debitore referatur ad expensas de quibus antea immediate facta fuerat mentio in Instrumento cambii ut pariter dixit Rot. in proximo citata decisio n. 3.

Tum demum quia quatenus partes voluissent assurecare capi-

F 3

capitale, obligatio de restituendo illud esse intelligenda non de foro capitali, sed de illo remanente in fine, quia dicitur verborum significatio debet ad intellectum factum, bonum, civilem, & vitio carentem applicari, ut excludat contractus illicitos, & usurarios. Rot. dec. 556. nu. 5. parte 2. recent. dec. 186. nu. 12. & 3. coram Millino.

Minus obstat, quod data validitate cambii Franciscus creditor non posset petere fructus illius, nec fortem sibi restitui, dum in contractu conventum exiit, quod illud durare deberet ad triennium, eoque elapso, si non fieret diffidit, per annum tantum; si quo paulo ante lapsum quadriennium fecerit Franciscus diffidit, onus cambian- di cessaverit, & fructus dicantur indebiti, perceptique post diffidit veniant in rem imputandi, Ninot. dec. 72. per totam decisionem 274. n. 9. p. 5. decisionem 387. n. 3. p. 17. recent.

Quoniam lectura Instrumenti, & expressa partium conventio alius præferuntur; in eo enim legitur ibi, Sextium recepisse scuta 500, ad cambium restituenda infra triennium, & deinde in ante, & donec illa cum effectu restituerit, semper, & omni tempore negotiorum, & transigere usque ad integram illius restitutionem; quod pluries repetitur in Instrumento: itaque cum Marcus facta diffidit forem non restituerit, non fuit liberatus a cursu cambiorum, & recambiorum, usquequod fortis restituitur, Emin. Cerrus dec. 706. n. 2. & dec. 737. numer. 1. & sequenti, Pentinger. dec. 9. nu. 2. 3. & 4. dec. 119. numer. 2. & sequ. & decisionem 229. nu. 2. part. 18. in quibus fuit recessum à diff. dec. 385. part. 17. & in d. dec. 119. nu. 5. explicatur d. dec. 72. coram Ninot.

Ultra quod pactum illud, quod elapso triennio, & non facta intimazione seu diffidit, cambium continuaret per annum solum, & non plus, non fuit appositum ad limitandum, cambium ad solum quadriennium, sed ad declarandum, quod lapsu triennio, & non facta diffidit, recontingit intelligeretur de anno in annum, & non de triennio in triennium; alias partes quæ toties inculcantur cambium duraturum usque ad totalem fortis restitutionem incontinenti se corrixissent, quod non est præsumendum, & semper ad hanc correctionem evitandum capiendi est congrua interpretatio, l. non ad ea, ff. de condit. & demonstr. dec. 225. n. 44. & 45. q. 17. dec. 322. nu. 6. p. 15. Jun- tiam R. P. D. de la Tremoville, ex quo generaliter infir- mat alteram bon. Mem. Ninot, non obstante, quod in deci- sione de 30. Martii superioris anni ab ipso edita, in præ- scio dicti census fuerit specificè reservata, & rursus quia ab Hospitali obtenta fuerit commissio fanationis dicti census mihi à Sancti mihi directam cum clausula arbitrio Rotæ fuit mihi eadem die injunctum, ut proponerem dubium — An, & que sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & An sit locus arbitrio pro fanatione? super quo hodie Rota consulta edidit responsum, sententiam bonæ memoriæ Ninot esse infirmandam, & esse locum fanationis.

Ratio sic decidendi quoad primam dubium partem de- sumpta fuit ab eisdem sententiæ nullitate, ac injustitia, quarum prima cum fuerit plenissime comprobata in dicta deci- sione R. P. D. mei de la Tremoville, ad quam Domini remissive se habuerunt; secunda emerit ex eo, quia census de quo agitur, non fuit constans ex fructibus per viam renovationis dammati fororis, quæ saperet speciem anatocismi, quæ modum fuit in decisione 55. coram Ninot, que illius senten- tiam præcessit: sed constitutus fuit ex dictis annuis præsta- tionibus Ducat. 387. per quadriennium decursis, & non so- lutis, quæ à Monachi debebantur tanquam fors, & capita- le, quo in casu conventum validum sustinerit, illiusque fructus citra usurarium labem debitos esse, communiter concordant Doctores, & signanter Ruin. conf. 55. sub n. 18. lib. 2. Honded. conf. 40. n. 18. lib. 1. & conf. 34. n. 7. & 79. lib. 2. Bor- gnin. Cavalcan. dec. 21. sub n. 30. p. 1. & dec. 14. n. 24. p. 2. Gratian. discip. 986. n. 3. & segg. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. g. 7. nu. 28. Leonard. de usur. g. 5. n. 17. Card. de Luca de cam. disc. 3. n. 8. vers. verum Castill. dec. 22. n. 48. & segg. Giubr. dec. 24. n. 35. Rovit. dec. 9. sub n. 30. & 36. Milanen. dec. 8. n. 352. l. 1.

Quod autem dicte annue præstationes debeantur tan- quam fors, & capitale, ad evidentiam convincitur, quia Monachi prædicti illas promiserunt annuatim, & in per- petuum solvere loco pretii Bonorum Prioratus Sancti Gu- lielmi, ipsi in solemnitate transactione celebrata de anno 1567. ab Hospitali præfato assignatorum; & consequenter cum hujusmodi promissio facta fuerit in coramdem bonorum compensationem, utique fatendum est, quod illorum lo- co sepe dicte præstationes successerit, & naturam fortis, ac capitalis assumpserint, ut in proximis terminis firmavit Rota dec. 76. n. 4. & segg. p. 14. & dec. 264. n. 5. p. 19. rec.

R. P. D. DE LOI MO.

Avellina seu Nullius Præstationum.

Luna 26. Aprilis 1697.

ARGUMENTUM.

Solet Census sanari, si ille fuerit creatus ex credito abs- que pecuniâ intervenit requisito per Bullam Pianam pro validitate impositionis, & fanatio etiam demandatur, licet debitor fuerit per sententiam diffinitivam absolutus, quoties vel sententia sit nulla, vel Pontifici narrata fue- rit d. sententia existens, & adhuc ea non obstante tri- buta existerit facultas ad fanationem deveniendi.

SUMMARIUM.

- 1. Xanna præstatione debita tanquam forte de jure communi, ni potest constitui census.
2. Annua præstatio dicitur debita tanquam fors, si præstetur pro pretio bonorum venditorum.
3. Ecclesia nequit absque Apostolico beneplacito censum imponere.
4. Prædictum tamen Apostolicum beneplacitum non exigere-

tur, si census imponatur ex causa necessaria.

- 5. In alienatione bonorum Ecclesie requiritur illius utilitas.
6. Ex lapsu triginta annorum cum observantia præsumitur Beneplacitum Apostolicum.
7. Præsertim si Beneplacitum fuit reservatum.
